



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rosa In Hieme

Mertz, Martin

Antverpiæ, 1627

Capvt IV. De progressu eius in omnibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42750

CAPVT IV.

De progressu eius in omnibus.

Ex sæculi libertate, vana & libera viuendi area egressus, qui antea, cum more aliorum puerorum euagari & puerilibus ludis libertatibusque vacare posset, domi se continens maluit in literarum aliarumque piarum rerum exercitatione sedula sese occupare & excolere, nactus in Cœnobio maiorem ansam & occasionem eadem melius ac perfectius exercendi, temporis talem rationem habuit, qualem vix multi grandæui; sollicitè primis studiorum fundamentis insistens: & quia natura ei ingenium minùs fertile veloxque tribuerat, vt tardè difficulterque caperet quidquid addiscendum esset; vt huic malo remedium adferret, temporis diligenti & exacta obseruatione, laboris improbi contentione, precum etiam instantia & orationum feruore, tarditatem omnem omni modo & ratione supplere conatus fuit: semper tamen minùs feliciter; etenim plerumque tardiores progressus inter crebras etiam obiurgationes faciebat, nihil tamen de suo labore aut solertia vmquam desiderari passus.

C A-